# Boletín Oficial

DEL

## Obispado de Osma

Año LIII. 13 de Abril de 1912 Núm. 8.

SUMARIO.—Obispado de Osma: Circular sobre Relaciones parroquiales.—Secretaría de Cámara: Circular y Modelo para las mismas Relaciones.—Santa Iglesia Catedral de Osma: Reales Ordenes sobre Beneficios de Oficio.—S. Congregación del Concilio: Sob re la Vigilia de Santiago.—S. Congregación de Ritos: De las Rúbricas nuevas; Varias dudas.- S. Congregación de Religiosos: Las Terceras Ordenes.—Nómina de Ordenes.—Directorio del Oficio Divino, según las nuevas rúbricas, para la segunda quincena de Abril.—Dinero de San Pedro: Colecta de San José.—Peregrinación Castellana a Roma.

## OBISPADO DE OSMA

### CIRCULAR

**Núm. 22.** **Relaciones parroquiales**

Con sabio acuerdo mandaron nuestros venerables Predecesores que al terminarse la época del cumplimiento pascual enviaran los Sres Curas y demás encargados de parroquias a la Secretaría de Cámara y Gobierno relaciones de las personas que habían dejado de satisfacer a aquella obligación tan grave. Pero habiendo cambiado las condiciones de los tiempos y aumentádose los deberes de los curas de almas por nuevas disposiciones de la Santa Sede, no es suficiente ese dato para que el Prelado pueda formar juicio exacto del estado de cada parroquia.

La encíclica *Acerbo nimis* ha determinado y ampliado el precepto del Concilio de Trento sobre la ense-

ñanza del Catecismo, el decreto *Sacra Tridentina Synodus* obliga a los párrocos a fomentar la Comunión frecuente, y el *Quam singulari* ha señalado en términos precisos la edad en que empieza a obligar a los niños el precepto de la Comunión pascual. Las cofradías y demás asociaciones piadosas y las obras sociales encaminadas a extender la acción católica en el pueblo son auxiliares poderosos de la cura de almas, y no pueden menos de merecer particular atención de los Prelados diocesanos.

Por todo esto hemos venido en ordenar:

1.º Los Sres. Curas Párrocos, Ecónomos, Regentes y Coadjutores regentes enviarán cada año, en la semana de Pentecostés, a los Sres. Arciprestes una relación en que consten:

*a)* El número de habitantes de cada pueblo, distribuidos según su estado y sexo.

*b)* Los nombres y apellidos de los que no hayan cumplido con el precepto pascual, su estado y la causa por qué no hayan cumplido.

*c)* Número de primeras comuniones.

*d)* Frecuencia de sacramentos.

*e)* Número de partidas.

*f)* Asistencia al catecismo de niños y al de adultos.

*g)* Estado de las cofradías y demás asociaciones piadosas y de acción social.

2.º Los Sres. Curas de parroquias que tengan anejos sin Coadjutor regente, extenderán una relación por cada uno de los pueblos de su cargo.

3.º Estas relaciones se ajustarán al modelo que publicará nuestra Secretaría de Cámara.

4.º Los Srs. Arciprestes reunirán todas las relaciones de sus arciprestazgos, y las enviarán a la Secretaría de Cámara y Gobierno antes de la fiesta del Smo. Corpus Christi de cada año.

Burgo de Osma, 30 de marzo de 1912.

† EL OBISPO

# Secretaria de Cámara y Gobierno

## Sobre Relaciones Parroquiales

En conformidad con lo dispuesto por el Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo, se publica á continuación el modelo de las Relaciones Parroquiales que se han de enviar a esta Secretaría de Cámara, empezando en el año corriente.

El documento deberá extenderse en papel simple del tamaño de folio ordinario.

Burgo de Osma, 10 de abril de 1912.

*Lic. José A. Castro Valcarce,*
Secretario.

## Modelo

Arciprestazgo de. . . . . . . . . . . . . .

(Nombre de la parroquia o anejo)

Parroquia de (Término, Ascenso etc., o Anejo de. . . . . . . .)

NUMERO DE HABITANTES

| | | | |
|---|---|---|---|
| Varones. | Solteros. ........ | Hembras | Solteras. ........ |
| | Casados. ........ | | Casadas. ........ |
| | Viudos. . ........ | | Viudas. . ........ |
| | Total. . . . . . . . . . | | Total. . . . . . . . . . |

**Total de habitantes. . . . . . . . . . . . . .**

CUMPLIMIENTO PASCUAL

No han cumplido con el precepto pascual:

N. N. N., casado, por (tal causa)

N. N. N., viudo, etc,

N. N. N., soltero, etc.

**Total de los que no han cumplido. . . . . . . . . .**

SAGRADA COMUNIÓN

Han recibido la Primera Comunión durante el tiempo del cumplimiento pascual (tantos) niños y (tantas) niñas, desde la edad de (tantos) años hasta la de (tantos).

Cada mes se distribuyen, por término medio, (tantas) Comuniones en la iglesia parroquial, y (tantas) en la del santuario de etc.

## LIBROS PARROQUIALES

Desde la Dominica de Pentecostes del año último, constan en los libros parroquiales:

Bautizos............... Matrimonios............
Confirmaciones......... Defunciones............

## CATECISMO

Asisten, por término medio, al Catecismo todos los días festivos (tantos) niños y (tantas) niñas.

Al Catecismo de adultos asisten (tantas) personas.

## ASOCIACIONES PIADOSAS

Existen en la parroquia (tales Cofradías y Asociaciones piadosas), cuyo estado es etc. (Exprésese el de cada una)

Existen además (tales asociaciones católico-sociales), y su estado es etc. (Exprésese también el de cada una.)

(Lugar, fecha, sello y firma).

# SANTA IGLESIA CATEDRAL DE OSMA

**Reales órdenes por las cuales se convierten dos Beneficios de oposición en Beneficios de oficio con los cargos de Tenor y Maestro de Capilla-organista.**

*Ecxmo. Sr.*

Visto el expediente remitido por V. E., en el que Don José Espinosa Fernández interesa que se convierta en Beneficio de oficio el Beneficio que obtuvo, previa oposición, con la carga especial de Tenor, que hoy disfruta en esa Santa Iglesia Catedral; a cuya conversión muestran su conformidad tanto V. E. como el Cabildo: S. M. el Rey (q. D. g.), de acuerdo con lo preceptuado en el n.° 4.° de la Real orden concordada de 23 de Abril de 1908, se ha dignado disponer que el expresado Beneficio queda convertido, para lo sucesivo, en Beneficio de oficio con cargo de Tenor.

De Real orden lo digo a V. E. para su conocimiento y efectos consiguientes.

Dios guarde a V. E. muchos años.

Madrid, 23 de Febrero de 1912.

José Canalejas.

*Sr. Obispo de Osma.*

*Excmo. Sr.*

Vista la comunicación de V. E. interesando que se convierta en Beneficio de oficio el que actualmente se encuentra vacante en esa santa Iglesia Catedral por defunción de Don Regino Ortega y Ortega, cuya provisión se declaró, por Real orden de 19 del pasado mes, que corresponde, en turno, al Prelado previa oposición: S. M. el Rey (q. D. g.) se ha dignado disponer que el expresado Beneficio queda convertido, para lo sucesivo, en Beneficio de Oficio con cargo de Maestro de Capilla-Organista; debiendo proveerse con arreglo a la Real orden de 16 de mayo de 1852; todo por aplicación de la de 23 de Abril de 1908.

De Real orden comunicada por el Sr. Ministro de Gracia y Justicia, lo digo a V. E. para su conocimiento y efectos consiguientes.

Dios guarde a V. E. muchos años.

Madrid, 1.° de marzo do 1912.

El Subsecretario,

*Avelino Montero Villegas.*

*Sr. Obispo de Osma.*

## SACRA CONGREGATIO CONCILII

**De ieiunio et abstinentia in vigilia Scti. Iacobi Apostoli.**

*Romae, die 23 Februarii 1912.*

Emme. ac Rvme. Domine Mi Obsme:

Ad quaestionem ab E. V. litteris ad S. H. Congregationem die 16 mensis Ianuarii proxime elapsi datis, propositam: An die 24 mensis Iulii seu in pervigilio festi Sancti Iacobi Apostoli in tota Hispania lex de ieiunio, in ista vero Archidioecesi lex quoque de abstinencia ab usu carnium, uti antea servari debeat, S. Eadem H. Congregatio respondendum censuit: *Affirmative.*

Dum de hac responsione E. V. certiorem facio, eius-

dem E. V. manus humillime deosculor ac me profiteor

E. V. Humill.[m] Obedientiss.[m] Servum, C. CARD. GENNARI, *Praef.*—O. GIORGI, *Secrius.*

Compostellana.—Emmo. Card. Archiepiscopo.

# S. CONGREGATIO RITUUM

## I

**Decretum interpretationis Rubricarum ad normam Bullae «Divino afflatu»**

Evulgato novo Psalterio, novisque Tabellis Occurrentiae et Concurrentiae Festorum, non una in praxi fuit interpretatio Rubricarum, quas ad normam Bullae «*Divino afflatu*» Commissio Pontificia ad id instituta confecit, ut videre est in diversis Calendariis pro currenti anno 1912 noviter redactis.

Ad dubia ergo in posterum praecavenda, Sacra Rituum Congregatio ad petitionem eiusdem Commissionis Pontificiae, referente infrascripto Secretario, statuit et decrevit:

I. Rubrica de Suffragio Sanctorum, quae in Ordinario Divini Officii ad Laudes et Vesperas habetur, interpretari debet iuxta Tit. VII, n. 4, novarum Rubricarum, et ad ambiguitatem tollendam, praefata Rubrica in posterum sic edatur:

«Deinde, extra tempus Paschale... et exclusis die«bus, in quibus occurrat quodcumque Officium Duplex «aut infra Octavam, aut Dominica in qua commemo«retur Duplex simplificatum, fit sequens Suffragium.»

II. Duplicia I. et II. classis sua die impedita, iuxta Tit. III novarum Rubricarum n. 3, transferri debent in proximiorem diem liberam ab alio duplici I. vel II. classis et ab Officiis huiusmodi festa excludentibus; transferri tamen non possunt in Dominicam etiam minorem, iuxta n. 2 eiusdem Tituli.

III. Duplicia I. et II. classis, certis Dominicis vel Feriis affixa, si perpetuo impediantur, iuxta novas

Rubricas Tit. IV, n. 2, reponenda sunt in feriam proxime insequentem per singulos annos liberam ab alio Duplici I. vel II. classis aut ab aliqua die Octava, vel ab officiis huiusmodi festa excludentibus, non vero, ut censent nonnulli Liturgistae, in primam diem ut supra liberam, post ambitum dierum intra quos incidere possunt.

IV. Licet iuxta novam Concurrentiae Tabellam, in concursu duplicis maioris cum alio Duplici maiori, totum fieri debet de Nobiliori cum commemoratione de alio, ideoque Festum Domini duplex maius Secundarium cedere debeat Festis eiusdem ritus B. Mariae Virginis aut Sanctorum Primariis; nihilominus, quando Festum Domini Duplex maius secundarium in Dominica die ocurrens concurrit cum festo Duplici maiori primario B. Mariae vel Angelorum vel Sanctorum, Vesperae erunt de praefato Festo Domini quia in casu Officium Festi Domini subrogatur Officio Dominicae.

Die 24 Februarii 1912.

Fr. S. Card. Martinelli, *S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius*

II

DECRETUM

DE SIMPLICIBUS ANTIPHONAS PROPRIAS HABENTIBUS.

Insequentia dubia, quoad Antiphonas et Psalmos ad Laudes juxta novas Rubricas, in quibusdam Festis ritus simplicis et in Officio S. Mariae in Sabbato recitandos, Sacrae Rituum Congregationi pro opportuna solutione proposita fuere; nimirum:

I. An in Festis simplicibus quae habeant ad Laudes Antiphonas proprias, ex alio Festo desumptas, ut in Festo S. Agnetis secundo, ad Laudes dicendi adhuc sint Psalmi de Dominica cum Antiphonis Festi simplicis; vel potius Antiphonae et Psalmi de Laudibus Fe-

riae occurrentis, et a Capitulo et deinceps de Festo simplici?

II. An in Officio S. Mariae in Sabbato ad Laudes dicendae sint Antiphonae ipsius Officii cum Psalmis Dominicae; vel potius Antiphonae ipsius Officii cum Psalmis de Sabbato occurrente, et a Capitulo et deinceps de S. Maria?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae reque accurate perpensa, ad utrumque dubium respondendum censuit:

*Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

Atque ita rescripsit die 26 Januarii 1912.—FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.* L. † S.— Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

III.

## DECRETUM

### DE QUIBUSDAM FESTIS DIEBUS DOMINICIS HUCUSQUE AFFIXIS

Quum ex novis Rubricis Festa diebus Dominicis affixa, nisi sint Festa Domini aut Duplicia primae vel secundae classis, amplius in ipsis celebrari nequeant; Sacra Rituum Congregatio, attentis etiam Praescriptionibus Temporariis memoratis Rubricis adjectis, insequentes declarationes evulgare censuit:

1. Festum Commemorationis Omnium SS. S. R. E. Summorum Pontificum in locis, quibus idem Festum, sub ritu duplici minori vel majori, pro Dominica prima libera post Octavam SS. Apostolorum Petri et Pauli iam concessum est, adhuc celebrari licet, die prima mensis Iulii fixe adsignata.

2. Item Festum Commemorationis SS. Reliquiarum in locis quibus idem Festum pro aliqua Dominica, sub ritu duplici minori vel majori, iam indultum est, in posterum celebrari adhuc potest, die quinta mensis

Novembris fixe adsignata.

3. Si aliquod Festum Ecclesiae Universalis, sive Beatae Mariae Virginis, sive Sanctorum, sub ritu duplici minori vel majori, alicubi die Dominica concessum fuerit celebrari, amodo in die sua omnino reponendum est.

Atque ita rescripsit die 9 Februarii 1912.—FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus*.—L. † S.—† Petrus La Fontaine. Ep. Charystien. *Secretarius*.

IV.

## PLURIUM DIŒCESUM

### DUBIA VARIA.

A nonnullis Rmis. locorum Ordinariis insequentia dubia Sacrae Rituum Congregationi, pro opportuna solutione, proposita fuerunt; nimirum:

I. Festa Beatae Mariae Virginis aut Sanctorum, Dominicis affixa, et a locorum Ordinariis in perpetuum simplificata, impediuntne recitationem Suffragii ad Laudes et Vesperas, Precum ad Primam et Completorium, Symboli Athanasiani ad Primam et tertiae Orationis in Missa?

II. Quando in Dominica occurrit Festum Beatae Mariae Virginis perpetuo a locorum Ordinariis simplificatum, conclusiones Hymnorum et Versus Responsorii brevis ad Primam eruntne de ipsa Beata Virgine, ad normam Decreti in una *Romana et aliarum*, diei 30 Decembris 1911 ad Ium?

III. Si Festum duplex secundae classis in Dominicam incidat, et commemorandum sit Festum aliquod simplificatum, quod per se habeat Praefationem propriam in Missa, vel occurrat infra Octavam aliquam similiter Praefationem propriam habentem, legendane est Praefatio propria Festi simplificati, aut Octavae?

IV, Quum ex novis Rubricis Primae Vesperae de Dominica infra Octavam Epiphaniae, nisi Epiphania ipsa venerit in Sabbato, integrae amodo de ipsa Domi-

nica dicendae sint, ultimus harum Vesperarum Psalmus eritne *Laudate Dominum,* ut in primis Vesperis, vel potius *In exitu Israel*, ut in secundis Vesperis?

Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, reque accurato examine perpensa, rescribendum censuit;

Ad I. Affirmative in omnibus.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad IV. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Atque ita rescripsit, die 9 Februarii 1911.—Fr. S. Card. Martinelli. *Praefectus*.—L. † S.—† Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius*.

## SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

### Dubia circa Tertios Ordenes Saeculares

I

In plenario Eminentissimorum Patrum Coetu habitu ad Vaticanum die 24 Novembris 1911, sequentia dubia proposita fuerunt circa Tertium Ordinem Saecularem S. Francisci Assisiensis:

I. Utrum *Congregationes* Tertii Ordinis S. Franc. Ass. ab una obedientia Primi Ordinis vel a Tertio Regulari Ordine erectae, possint, inconsultis vel invitis Superioribus qui ipsas erexerunt, ad aliam obedientiam valide transire?

II. Utrum *eaedem Congregationes* ab una obedientia ut supra erectae et a Fratribus alterius Obedientiae in eadem Provincia vel Civitate commorantibus directae, adhuc sint sub dependentia primae Obedientiae—*erigentis*—ita ut haec possit *easdem Congregationes* visitare et ea omnia perficere quae de iure requiruntur in legitima iurisdictione?

Et Emi Patres, re mature perpensa, reposuerunt:

Ad I. *Negative.*

Ad. II. *In voto Consultoris*, seu: *Si directio Congregationis Tertiariae ab una Familia Franciscali prius erectae legitime commissa fuerit Fratribus alterius Familiae* Negative; *secus*, Affirmative.

Quas resolutiones SSmus D. N. Pius PP. X, in Audientia habita ab infrascripto Secretario die 6 Decembris 1911, approbare et confirmare dignatus est.

IOS. CAL. CARD. VIVES, *Praefectus.*

† Donatus Archiep. Ephesin., *Secretarius.*

II

Praepositus Generalis Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Huic S. Congregationi exponit saepe accidere ut Tertiarii saeculares Carmelitarum Antiquae Observantiae et respective Carmelitarum Excalceatorum, cooptari exoptent Congregationi alterius Obedientiae ratione mutati domicilii vel etiam ratione commoditatis. Relate ad Tertiarios Saeculares S. Francisci Ass. nullum dubium, cum extet Decretum S. Congr. Indulgentiarum die 4 Martii 1903, quod statuit:

1.° Ut novitii tertiarii saeculares S. Francisci professionem emittere valeant in Congregatione alterius obedientiae, seu diversae ab illa in qua ad novitiatum fuerant admissi, si melius eorum commoditati provideatur.

2.° Ut proffesi eadem de causa transire possint ab una Congregatione ad aliam diversae obedientiae.

3.° Ut Parochus, vel quilibet Sacerdos alicuius Congregationis Tertiariorum Moderator, si alio transferatur ubi alia Congregatio diversae Obedientiae reperiatur, eamdem regere possit quin indigeat nova approbatione; teneatur tamen hac de re certiorem facere Visitatorem Regularem, ut cum eodem negotia Congregationis gerere valeat.

Sed huius Decreti occassione, nonnullis Ordinariis et Sacerdotibus ortum est dubium, quod Praepositus

Generalis Ord. Carm. Excalc. solvendum proponit huic S. Cong.:

«An Decretum S. Congr. Indulgentiarum diei 4 Martii 1903 valeat quoque pro Tertiariis saecularibus utriusque Obedientiae Carmelitanae?«

SSmus vero Dnus N. PP. X, in Audientia habita ab infrascripto Cardinali Praefecto, attenta identitate rationum, *affirmative* respondere dignatus est.

Die 16 Ianuarii 1912.

Ios. Cal. Card. Vives, *Praefectus.*

## NÓMINA DE ÓRDENES

Nuestro Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo se dignó conferir Ordenes en la capilla de su Palacio del Burgo de Osma el dia 23 de los corrientes a los señores que se expresan a continuación:

**Sagrado Díaconado**

D. Aurelio Remacha Marina, del Burgo de Osma.
» Bernardo Ruiz Largo, de Villar del Campo.
» Maximiliano Martínez Cuesta, de Olmedillo.
» Miguel Moreno Izquierdo, de Cabezón de la Sierra.

**Sagrado Subdiaconado.**

D. Jorge Antón Soria, de las Fraguas.

## Ordinarium Divini Officii

## Aprilis.

16 Fer. 3. S. Turibii de Lieban. E. et C. dupl. *alb.* (H) Ad Matut. Invit. Hymn. et ℟ de Comm. Ant. Psm. et ℣ de fer. Lect. 1. Noct. de Scr. 2. Noct. pr. 3. de comm. —Ad Ld. Ant. et Psm. de fer. a cap. de comm.—Ad Hor. Ant. et Psm. de fer. rel. de com.—Mis. *Statuit...* —In Vp. Ant. et Psm. de fer. a cap. de comm. seq. com. praec. et S. Aniceti P. et M.—Compl. de fer.

17 Fer. 4. B. Maria Anna a Jesu V. (H) dupl. *alb.* Ad Matut. Invit. Hymn. et ℟ de Comm. Ant. Psm. et ℣ de fer. Lect. 1. Noct. de Scr. 2 Noct. pr. 3 de Comm.

9. lect. S. Aniceti.—Ad Ld. et Hor. Ant. et Psm. de fer. a cap. de Comm. com. in Ld. S. Aniceti.—Mis. *Dilexisti...* or. 2. S. Aniceti.—In Vp. com. seq. et S. Aniceti.—Compl. de fer.

18 Fer. 5. De ea, *alb.* Ad Matut. omn. de fer. Lect. cum ℟ pr.—Ad Ld. omn. de fer. ant. ad Bened. pr. or. Dom. praec. com. de Cruce.—Ad Hor. omn. de fer. (Ad Prim. prec.) or. Dom. praec.—Mis. de Dom. praec. Gl. 2. or. *Concede*, 3. *Ecclesiae..*—In Vp. omn. de feria, cum prec. ferial. et com. de Cruce.—Ad Compl. de fer. Prec.

19 Fer. 6. De ea, *alb.*—Omn. ut heri notatur et in pr. habetur.

20 Sabb. De eo, *alb.* Ad Matut. Ld. Hor. et Mis. omn. ut 2 dieb. praec. notatur.—Vp. de seq. ant. et Psm. de Sabb. rel de Dom. com. S. Anselmi. Ep. C. et Dr. —Compl. de feria.

21 Dom. II. post. Pasch. De ea, sem. *alb.*—Ad Matut. omn. de Dom. et pr.—Ad Ld. Psm. de Dom. rel. com. S. Anselmi—Ad Hor. Psm. de Dom. rel. pr.—Mis. pr. 2. or. S. Anselmi. Cr.—Vp. de Dom. com. seq. et S. Anselmi.—Compl. de Dom.

22 Fer. 2. Ss. Soteris et Caii Pp. et Mm. sem. *rub.*—Ad Matut. Invit. Hymn. et ℟ de Comm. ant. Psm. et ℣ de fer. Lect. 1. Noct. de Scr. 2. et 3. Noct. pr.—Ad Ld. et Hor. omn. de fer. a cap. de Comm. In Ld. fit com. de Cruce et ad Prim. dicunt. Prec.—Mis. pr. —In Vp. ant. et Psm. de fer. a cap. seq. com. praec, et de Cruce—Ad Compl. de fer. Prec.

23 Fer. 3. S. Georgii M. sem. ad Matut. Invit. Hymn. et ℟ de Comm. Ant. Psm. et ℣ de fer. Lect. 1. Noct. de Scr. 2. et 3. Noct. pr.—Ad Ld. omn. de fer. a cap. de Comm. com. de Cruce.—Ad Hor. Omn. de fer. (ad Prim. Prec.) a cap. de Comm. or. pr.—Mis. pr. 2. or. *Concede... 3 Ecclesiae...*—Vp. de seq. ut in Comm. ant. et Psm. de fer. com. praec.—Compl. de feria.

24 Fer. 4. S. Fidelis a Signaringa M. dupl. *rub.*—Ad

Matut. Invit. Hymn. et ℟ de Comm. ant. Psm. et ℣ de fer. Lect. 1. Noct. de Scr. 2. et 3. Noct. pr.—Ad Ld. et Hor. omn. de fer. a cap. de Comm. or. pr.—Miss. *Protexisti....*—Vp. de seq. ut in Comm. com. praec.—Compl. de Dom.

*Pro rubricis Miss. crastinae diei inspiciatur Director. Dioeces.*

25 Fer. 5. (Litaniae Maiores.) S. Marc. Ev. dupl. 2. clas. *rub.* Offic. de Comm. Apost. temp. Pasch. et pr.—Ad Ld. et Hor. Psm. de Dom. rel. de Comm. et pr.—Mis. pr. omitt. or. imperata. Cr. Praef. de App.—In Vp. ut in Comm. et pr. com. seq.—Compl. de Dom.

26 Fer. 6. Ss. Cleti. et Marcellini Pp. et Mm. sem. *rub.* ad Matut. Invit. Hymn. et ℟ de Comm. Ant. Psm. et ℣ de fer. Lect. 1. Noct. de Scr. 2. et Noct. pr. Ad Ld. et Hor. omn. de fer. a cap. de Comm.—Miss. *Statuit...* or. pr. 2. *Concede...* 3. *Ecclesiae...*—In Vp. ant. et Psm. de fer. a cap. seq. com. praec. ac de Cruce.—Compl. de feria cum Prec.

27 Sabb. S. Turibii a Mogrovejo E. et C. (H), sem. *alb.* ad Matut. Invit. Hymn. et ℟ de comm. ant. Psm. et ℣ de fer. Lect. 1. Not. de Scr. rel. pr.—Ad Ld. et Hor. omn. de fer. a cap. de comm. In Ld. fit com. de Cruce et in Prim. dicunt. Prec.—Mis. *Statuit...* 1. or. et Epist. pr. 2. et 3. ut heri.—Vesp. de seq. com. Dom.—Compl. de Dom.

28 Dom. III. post Pasch. **Solemnitas S. Joseph** B. M. V. Conf. et Ecclesiae universalis patroni. dupl. 1. class, cum oct. *alb.*—Offic. pr. Lect. 9. Hom. Dom.—Ad Ld, Psm. de Dom. rel. pr. com. Dom.—Ad Hor. Psm. de Dom. rel. pr.—Miss. pr. 2. or. Dom. (omittitur imperata) Cr. Ev. ult. Dom.—In Vp. pr. com. Dom. et seq. Comp. de Dom.

29 Fer. 2. S. Petri M. dupl. *rub.* ad Matut. Invit. Hymn. et ℟ de Comm. ant. Psm. et ℣ de fer. Lect. 1. Noct. *Incip. lib. Apocalypsis* (Dom. praec.) 2. de 3. Noct. pr.—Ad Ld. omn. de fer. a cap. de Comm. com. oct.—Ad

Hor. omn. de fer. a cap. de Comm. or. pr.—Mis. *Protexisti* 2. or. oct. Cr.—In Vp. ant. et Psm. de fer. a cap. seq. com. praec.—Compl. de fer.

30 Fer. 3. S. Catharinae V. dup. *alb.* ad Matut. Invit. Hymn. et ℟ de Comm. ant. Psm. et ℣ de fer. Lect. 1. Noct. de Scr. rel. pr.—Ad Ld. omn. de fer. a cap. de Comm. com. oct.—Ad Hor. omn. de fer. a cap. de Comm. or. pr. Miss. *Dilexisti...* Cr.—In Vp. seq. omn. de Comm. or. pr. praec.—Compl. de Dom.

## Dinero de San Pedro

### COLECTA DE SAN JOSÉ
*(Continuación.)*

| | Ptas. | Cts. |
|---|---|---|
| *Suma anterior*............ | 540 | » |
| D. Silvestre Lozano, Párroco del Burgo de Osma.... | 20 | » |
| Un Sacerdote de la Diócesis...................... | 15 | » |
| D. Pedro del Pozo, Profesor del Seminario.......... | 10 | » |
| Un Sacerdote de esta villa....................... | 15 | » |
| D. Celestino Rodrigo, Párroco de Rebollar.......... | 2 | 25 |
| » Pablo Morales, Procurador eclesiástico......... | 1 | » |
| Colectado en Aldea de San Esteban............... | 5 | » |
| Idem Hinojar del Rey.......................... | 3 | 25 |
| » Pobar................................ | 3 | 15 |
| » Pozalmuro............................ | 3 | 75 |
| » Carbonera............................ | 1 | » |
| » Cabrejas del Campo..................... | 1 | 50 |
| » La Alameda........................... | 1 | 25 |
| » San Martín de Rubiales.................. | 0 | 20 |
| » Canicosa............................. | 3 | 75 |
| » Baños de Valdearados.................. | 7 | » |
| D. Domingo López, vecino de idem............... | 5 | » |
| Colectado en Fuentepinilla...................... | 2 | 05 |
| « Valderrueda........................... | 1 | 40 |
| » El Royo.............................. | 5 | » |
| » Nieva................................ | 2 | » |
| » Guzmán.............................. | 4 | » |
| « Almarail............................. | 2 | » |
| » Candilichera.......................... | 6 | 50 |

| | | |
|---|---|---|
| » | Valdegeña | 0 25 |
| » | Aza | 2 14 |
| » | Ribarroya | 1 10 |
| » | Santiuste | 0 34 |
| » | Fuente:én | 3 55 |
| » | Valdezate | 2 » |
| » | Villanueva de Carazo | 1 25 |
| » | Regumiel | 1 10 |
| » | Soria (La Mayor) | 1 25 |
| » | Soria (San Clemente) | 0 65 |
| | Suma y sigue | 674 68 |

## Peregrinación Castellana a Roma.

El día 16 de Junio próximo saldrá de Palencia, y regresará al punto de partida el 9 de Julio.

El precio de los billetes de ida y vuelta, es económico, y el itenerario muy sugestivo, pues por *675 pesetas en primera clase, 525 en segunda y 385 en tercera,* se detendrán los peregrinos un día en *Zaragoza*, medio en *Monserrat*, dos en *Barcelona*, dos en *Marsella*, a la ida, y otro al regreso; dos en *Génova*, siete en *Roma*, dos en *Niza*, visitándose también *Pisa;* uno en *Toulouse* y dos en *Lourdes.*

Los peregrinos estarán en Roma el día del Apóstol San Pedro, para asistir a la solemnidad de aquel día en la Basílica del Vaticano.

El plazo de inscripción se cerrará el 31 de mayo, abonándose en el primer plazo 25 pesetas en las tres clases, y el resto del billete el dia 5 de Junio, pero sin derecho a reintegro alguno, aunque se desistiera del viaje.

Los peregrinos que deseen incorporarse a la peregrinación en Palencia o en Venta de Baños, tendrán billetes especiales de ida y vuelta a precios reducidos.

La Delegación general está en Palencia, calle Mayor, principal, 70.

Es delegado para esta Diócesis el M. I. Sr. D. Manuel María Vidal Boullón, Arcediano de la S. I. Catedral del Burgo de Osma.

BURGO DE OSMA—TIP. DE HIJOS DE JIMÉNEZ